

**DOCTORALIA
THEOLOGICA
MOGVNTIACA**

Anno Salutis c^{irca} I^oc. vi.

A. D. III. Kal. Sept.

CELEBRATA



ET AB ILLVSTRI, GENE-
ROSA, NOBILI, ET ERV-
DITA IVVENTVTE.

CARMINIBVS DECANTATA.



MOGVNTIAE,
Typis IOANNIS ALBINI,

Anno M. DC. VI.

3

D. D. DOCTORVM NOMINA.

IOANNES HOEMANS DOMMELLANVS,
D. Virginis Moguntiae Canonicus.

LEONARDVS BVRANVS IVLIACEN-
sis, S. Emmerami Parochus, & S. Victo-
ris Vicarius.

AMBROSIVS SEIBAEVS ZITZENSIS,
D. Virginis Canonicus, Metropolitanus Pa-
rochus & Vicarius.

STEPHANVS WEBERV S SELIGENSTA-
DIANVS, D. Virginis Scholasticus, & S.
Victoris Canonicus.

CONRADVS DIELL EBERSTADIE N-
sis, S. Gingolphi Canonicus, summæ Ædis Vica-
rius, & S. Christophori Parochus.


IOANNES BRENNHEYSEN ROTVILLA-
NV S, Soc. Ies v Presbyter.

IOANNES ROBERTI HVBERTOPOLI-
TANVS, Soc. Ies v Presbyter, SS, Litterarum
in Acad. Mog. Interpres Ordinarius.

GODEFRIDVS A DRIELL NEOMA-
GENSIS, I.V.Doctor & Pontificii Antecessor ordinarius;
Ecclesiarum D. Virginis, & D. Victoris Canonicus.

IOANNES REINHARDVS ZIGLERVS
OEDENCOVIENSIS, Soc. Ies v Presbyter.

IOANNES HARTMANNVS BONNENSIS,
Serenissimi Principis FERDINANDI Coadiutoris Colon.
Leod.etc.Sacellanus, & Lintzenfis Parochus.



על ירביהם כופרין ד' מש'יט:

בְּנֵי אָרוֹם שׁוֹפֶן	לְבוֹ חַנָּה וּרְאוֹן
לְעַל אֲתָמָה:	חַבְנִיה חַרְמָה
לְעַשֶּׂר חַנְתִּירָה	וּרְאַשְׁ אֲרִישִׁים חַנְמָתָה
בָּרוֹר טֻוב מַאוֹפָן:	בְּכָתָר טֻוב מַפְּזָן
בְּעַשֶּׂר הַעוֹלָםָם	וְזַיא חַעֲשִׂירָתָס
וּעַמוֹל בָּחַרְבָּנוֹ:	אֲשֶׁר עַבְרוֹה רַצְנָן
לְעַוְבָר לְחַחְרָר	רְאוֹנוֹ בַּי הָוָא שְׁמָרָן
לְחוֹקָם תְּנִיחָתָה:	וְאוֹנוֹ עַוְמָל חַבְמָתָה
צְבִי גַם עַל מִסְמָן	אַמְתָה חַכְמָה תְּהָנוֹן
וּרְבָס בָּחַל יוֹנָטָן:	לְעוֹבָר לְחַתְּמָתָם
אַבְלָן מַוְתִּיס פְּרִוָתָה:	אַמְתָה בַּיְמָר שְׁרָשָׁתָה
צַוְעָר מִתְהָווֹץ:	זְסַחְרָה טֻוב מַבְּכוֹן
לְמַצְאָה טֻוב תְּבִיאָה	מְרוֹרוֹת אֲוֹתָה חַיָּא
יְמִינוֹ וְזַיוֹן חַוִימָם:	לְאַתְּחָה רַבִּים
יְגַבְּרָל בְּיוֹסָם זָוָן	מְחַכְסָח חַבְמָתָה חָוָא
יוֹרְנוֹם רַב עַל עַסָּה:	זְמִסְלָל חַכְמָה גַּם
אֲשֶׁר בְּפִוָן יְפִרְשָׁה	עַטְרוֹת חַיָּא לְאַרְשָׁה
בָּאוֹתָה חָוָא יְהָוָה:	לְחַסָּה שְׁרִשְׁגָה

M. Christophorus Minzelius; Theol. studiosus.

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΓ. ΤΟΥΣ.

Στιλβώτερων ἡμαρτίαις θέωφ Φάης δύγόνον, ἐν τοῖς
Ως σμιρδοῖς πόλεις ὅμημασιν ἥλι@.
Ειδη περιεργενής τάττε μὴ κρείσον Αθήνη,
Αδράς καὶ βρέξη χρυσοῖς πάς γε φέλαις.
Κειγο γὰρ ἐκγεννᾶ καρυφαιτιαίς κύδεα ἀνδρῶν,
Καὶ δεκα, τοῖς πλέξαν τειολόγων σέφανον
Οι τὰ δαημοσύνης πίεσαν αἰμοτίσσοντες, ἔχοσι
Ιερὰ τῇ γλώσσῃ ἴσοις ἀνδαέμενού.
Καὶ σεγανογεστέ@ μυσήεις πνεύματ@ αἰγνε
Δεῖξαι γελφαδῆ εἱμφανέ@ τε λόγον.
Φαίνεσθε ψυχῶν, Πατέρες, θάνατος ἀφορύματων
Ισορέειν, καὶ σὺν θευλάειν αἴθαιστοις.
Ως γὰρ αὐγχυμέτων ἰχνοῦ ἐιδήμονες, ἵρησ
Πίσι@ ἐνδόμυχον πᾶν διερδυνάειε.
Ευρεθάμηγες, αἴπησέ εις θεῷ ὅζοι, ὅπου δην
Ευβλαστοὶ ἔργον βλαστεῖς καρποφόροι.
Θεσπεσίς ἐστὲ πενθανεῖς πάμπτοις ἀληθεῖς,
Κέδρες ὡς λιβάνες τοῖς περ ἔθηκε θεός.
Χρυσὸν αἰκιβδηκόντες, καὶ ἐδλεῖσθαι ματ@ γένη.
Εἰς τὰ πεσσοφοιδῶν ἐστὶ βροῦσις ἐχυρώδει.
Αἱρετικὲς σελίδ@ τε καπτίλας ἐντεῖπετ' ἴσχεις,
Καὶ εἰς ἀγέλην ράβδῳ γνάστ@ ἐισόγετε.
Θυμορεῖσθαι φυγεῖν παιδίστε πάντας ἄλασα,
Ηδὲ ἀιωνοθαλεῖ τῇ ἀρετῇ ποσέχειν.
Αχει φάειν ύμνος ὡς ἀστέρεις ἀστρούθ. δὲ γὰρ
Γενόμενοι, Πατέρες, ἐστὲ μὲν ἐν πτερύσι

Ioachimus ab Hunecken nobilis Saxo.
Rhet. studiosus,

OMNI-

OMNIBVS CANDITATIS.



HIS QUI IN TENEBRIS ET UMBRA MORTIS

A Spice ut iratum iactetur turba per æquor,
Et morte in media naufraga poscat opem.
Non illos Boreę, non inclemencia Cauri,
Non grauis insanī perculit aura Noti,
Sed mille effusę scelerato ex ore procellæ,
Seu Caluine tuo, siue Luthere tuo:
Quosq; vides fluctus, non sunt queis tunditur Isthmus,
Aut que Scyllæos efferatvnda canes.
Est mare quod fidum nulli, placabile nulli
Semper Tænariis carbasa mergit aquis.
Iam verò portus mittam memorare quietos,
Quosq; vides ignes emicuisse decem.
Ultrò oculos feriunt, quos vnâ conspicis horâ
Denos doctrinę templâ tenere sacrę.

Ioannes ab Ense nobilis Frisō Logica studiosus.

B

DDDDDD. CANDITATIS QVI CANONICI SVNT.



PROCVL IAMMUSCVS ET ALGA

Huc ades huc orpheu cithara succincte canora,
Quam nemora, & Thraces saxa secuta ferunt.
*Orpheus lib. de la-
pidib.* Illa æternauit memorando carmine quondam
Inclyta purpurei munera coralii;
Cum caneres ut muscum inter nascatur & algam,
Principioq; imi sit putris herba maris
Ast postquam ætherii productum in luminis oras
Duruit, vt gazis certet Achæmeniis.
Carminis at melior seges est mihi, carmine quamuis
Viceris. en maior gloria coralio.
Hos omnes genuit tellus, verum extulit, ignis
Ætnæ feruens more Tonantis amor,
Addixitq; aris, ubi, quem celebrare parabant,
Ne fugerent mentem nomina visq; Dei
(Numina enim male nota coluntur segniter) omnes
Lustrarunt cœlo quas Deus abdit opes.
I nunc quisquilias ponti contende pyropis.
Terra hos æternis miscuit alibus.

*Franciscus Guilhelmus Friderich à Tanniler Nobilio
Lotaringus, Logica studiosus.*

DDDD. CANDIDATIS QVI PAROCHI SVNT.



VOX DOMINI CONFRINGENTIS CEDROS

Q Vid? pictor coeli tonitus, & fulmina palles?
Crede. nec ipsa nocent, nec nocitura notant.
Has fractas cedros, hæc dissultantia saxa
Non vates posuit, sed manus artificis.
Ille laborabat venturo ostendere sæclo
Quid vox è sancto pectore missa queat:
Pectore quo cura virtus exemit inani,
Imbuit & multa cognitione labor.
Illi erit & vulgus fas debellare superbum,
Quod sibi tot Domini iussa ferenda negat,
Et poterit duras hominum contundere mentes,
Quas nunquam coeli percipit ullus amor.
Hoc voluit pictor, iuga quando minantia stellis
Finxit, & in Libani fulmina missa comas.
At vos quos celsa deus ipse in sede locauit,
Ut vestrâ in populi pectora voce tonet,
Audete immensum iam parta scientia pollet,
Plus vita hæc nulli noxia, cuncta Deus.
Bertramus Beissel à Gymnich. Rhet. studiosus.

PPP.



TRes video, nisi fallor, oues. quos nam, obsecro signant?

Tres Iesu è sociis, quos nouus ambit honor.

Quid sal, quem cupida contendunt lambere lingua?

Quod purum à vitiis vitae iniere genus.

Quid sale gustato arentes fontemne requirunt?

Hæc sitis est studio visa leuanda sacro.

Quis cibus his? oleam num cerno? gregem illa saginat.

Sic est, & Pietas pacis alumna Patres.

Pascitur uberiorius crebro pecus amne refectum.

Crescit & his pietas cognitione Dei.

Ecquid oues pastu nitidæ, lacte vbera complent?

Hi, qui coelo animas lactet, amore tument.

At quorsum innocuo. raimum fert ore columba?

Pabula fert tanti Diuus amoris, Amor.

Agniqui? siccanda quibus matrum vbera pendent?

Nobis. agnelli nos sumus, ô Socii.

*Claudius de Lifferas, Baro Lotaringus
Humanit. studiosus.*

Aristot.

8. de hist.

anim.

c. 10.

DE HISDEM.

A Lecto furiale malum, saeuia impia Martis
Irrarumq; parens, quæ cæco armata furore
Tam saepe vnanimes armasti in prælia gentes,
Concordemq; Dei populum in diuersa scidisti
Agmina, & in varias rapuisti turbida partes,
Iam pridein notas fugisti haud segnis ad artes,
Et scelerata dolos fœciundo è pectore læpe
Hausisti, ut clypeo diuinæ legis inermem
Nudares populum, aut illum quandoq; videres
Desertum humanis incustodita tueri.
Limina doctrinis, sophiamq; à finibus aetam
Catholicis miseram ignotis latitare sub umbris.
Siccine fallaci lupa terris edita nocte
Agnelli vultu tegis ora fluentia tabo,
Inuisamq; cutem lanis conspergis amicis?
Siccine, vah, nobis sperasti illudere demens?
Scilicet eloquio si nostrum nemo vigeret,
Nemo fallaces hebulas, cæcasq; tenebras
Pellere, & implicito sinuosa sophismata nexu
Felici ingenio didicisset soluere, tuta
Inter Christiadum debacchareris ouile,
Tuta dolos soliros, longumq; experta per ysum
Exercere artem posses, & sepibus imo
Excisis fundo, & propugnatore subacto,

C.

Obruere insontes nullo custode valeres
Christigenas. Ergon' stillantia Phorcidos ora
Robur Abantiadæ spreto Cylleñidis Harpæ
Auxilio exutum domuit? clauamne trinodem.
Respuit Alcides oculis atq; ore furentem
Se mi hominem Cacum debellaturus? an hostē
Sustulit Æneas sine vi sine robore Turnum?
Non ita nudatum Christi videbis ouile.
Palladij decus ingenij, doctæque Mineruæ
Diuûm contra hostes primum Sapientia robur
Stat pro diuinâ rupes immota phalange:
Hac Christi fines Diuûmque tuebitur agmen.
Inuias exul cæca ignorantia terras
Infernæ petat tenebras, & triste parentis
Tartarei subeat terris depulsa cubile.
Obruet haud nostros cæca caligine fines,
Simplicitas ignara, iubarue micantius ipso
Purpurei radio Phœbi atrâ nocte fugabit.
Tun' ita depulsâ regnabis luce, furentum (tes
Eumenidum furibunda parens, et cæca laban-
Christigenas sine sole vagosq; incerta p vmbras
Limina quærentes, dubijsq; erroribus actos
In gyrum, nullo luctantes fine videbis?
Non ita diuinus Basilius gloria Ponti;
Non Byzantinæ decus, & laus inclyta pompæ

Gre-

Gregorius; non sic canus prudente senecta
Dalmata; & Hæretici terrorq; tremorq; furoris
Augustinus; & aurato Chrysostomus ore
Longe aliter nostros turbantem impune labores
Aggressi vnanimes totum domuere per orbem
Nimirum clypeis & doctæ Palladis armis
Fulgentes, crebras multo oratore phalanges,
Et varias rario linguarum fulmine cunctis
Hostibus horribiles turmas in prælia secum,
Agminaq; inuictis telis armata trahebant. (nis,

Et nunc, Cecropijs quæ pugnare ausit Athe-
Alma Moguntiacus, doctæ fœcunda Mineruæ
Mater, te lachrymis moestas cōspergere buccas
Admonet, & longo tristem indulgere dolori.
Namq; ea per multos nunquā tam fulgida soles
Tot tenebris inimica tuis partu extulit yno
Sydera, tot famâ celebres, positoque decoros
Marte viros, eadem quos armatura subactis
Hostibus ad sacros dedit aspirare triumphos.
Aude illos (si tantum audes) in Mosis arenâ
Aut Pauli stadio multo certamina cursu
Miscentes bellis tumida attendare dolisque
Hic te nequicquam vanâ imbelliq; superbam
Cuspide terrebunt rutilantia spicula vocis
Hebræę, & poenas furibudo à sanguine poscer:

Illuc te Graiae prosternent fulmina linguae,
Illuc sermo Syrus certo te vulnere lethi
Coget inire viam, tristemq; redire sub Orcum.
An pergis caput infelix attollere? si tam
Ingeniosa tibi est fallendi semita crebro
Tentatas perquire artes, decretaq; longo
Maiorum firmata yisu conuelleret tenta,
Verte omnes tete in facies, omnesq; furentum
Indue te in tristes vultus, & contrahe, quicquid
Siue animi siue artis habes, pete sydera pennis,
Donec praesidijs & defensoribus istis
Cingitur, haud vnam crudis infana vorago
Faucibus absortum Christi mactabis ouile.
At vos, ò noua nostrarum spes maxima re-
Eximij saluete viri, & fulgentibus astris (rum
Inclyta Palladio capita exornata decore
Inserite, & seris nomen committe seclis.
Sic vobis æterna salus, æternaque cœlo
Gloria, et huic laudi æterni iungantur honores.

*Franciscus Billeus, Nobilis Leodiensis
Eloq. studiosus.*

AD EOSDEM.

AVREA nunc nitidos habeant altaria vultus,
Sitq; procul sacra tristis ab æde color.
Aspera

Aspera Dalmatico p̄texta aulæa metallo,
Pictus & ex unco pendeat ære tapes.
E mundatè solum, velatæ sedilia byssō,
Fulgida sublimi vasa locate tholo.
Ingenio quicunque vales, ostende; vel arti
Nobilis inuideat Dædalus ipse tuæ.
Florida pars anni celeri pede currit, & arbos
Incipit arentes iam refecare comas.
Debuerat nostris modo ver sucurrere cæptis,
Largaq; conferto fundere dona sinu.
Vos tamē, ô iuuenes, virides percurrite campos,
Quas reliquas fecit, carpite, Flora, rosas.
Lilia forsan adhuc superant, onerate canistra.
Ac redolens munda spargite gramen humo.
Galbaneosq; focos, suauēq; incendite stacten,
Quæq; sabæa dedit, thura cremate, manus.
Tu quoq; Phœbe veni, plausum quid luce mo-
Clarius optatas exere, Phœbe, faces. (raris)
Quando coronatis Tarpeium Victor adibat
Quadrijugis olim plebe fauente iugum;
Candidus auratis prodibas cornibus, aut plebs
Talia poscebat conspicienda dari:
Talis ades, tenebrasq; fuga, subitoq; serenum
Mersus in Eo gurgite redde iubar.
Flammiuoma pariter cum lampade collige
plectrum:

Vnus enim luci carminibusque præs.
Si qua caballino sonuerunt carmina fonte,
Carmina nunc docta sunt iteranda lyra.
Ærea Curetum, Corybantum murmura nolo,
Quæs pueri fletus occuluere Iouis.
Sistra sonet dulces, crotalumq; & tibia cantus:
Festiuumque canant organa pulsa melos.
Festa dies agitur, qua non solennior ylla
Tempore iam longo luxit ab axe dies.
Hactenus humanis perituræ ferta coronæ
Artibus, & paruis texta fuere scholis.
Si quis & eloquio præstaret, & arte canendi,
Abstulit auratum præmia forte librum:
Aut humeros ibat decoratus epomide, si quis
Non male Socratico puluere sparsus erat.
Nunc maiora mihi promantur munera, maior
Maiori siquidem venit honore labor.
Quantum diuinis cedunt mortalia, tantum
Hoc illi studium post posuisse iuuet.
Ecce decem Heroes, radiantia lumina, vultus
Insolitumq; polis inseruere iubar.
Vix ego erediderim tanta fulgere Planetas,
Ista decem quanta sydera luce nitent.
Vrsa minor maiorq; faces, abscondite vestras,
Perque Patris metuant Pleiades ire caput.
Igni-

Ignicomis potius lustret nos cornibus astrum,
Quod modo stellifero cœpit in axe locum.
Scilicet hac illud non spes ignaua, sed ardor
Cultus & ingenij, curaque sede locat.
Magnanimi Heroes, vobis hoc atria cœli
Incessu, & pedibus talibus aula patet.
Non humiles terris animos torpescere passi
Pectora gessistis de meliore luto.
Bellerephontæas adijsit is gnauiter vndas,
Cum premeret vestræ aurea bullæ togas.
Purpura sumpta fuit missis puerilibus annis,
Et placuit Sophicæ visere tecta domus.
Hic Natura palam se fecit prodiga, nec iam
Rebus in humanis, quod cuperetis, erat.
Ergo ubi nil terris superest, sincera magistris
Pectora diuinis erudienda datis.
Est aliquis numero de vestro, sedula dudum
Quem tulit Vraniæ sidereas ad opes.
Vestibulo pes hæsit adhuc & limine primo,
Nec fuit internas ausus inire domos.
Induitis pariter generosam præpete mentem
Pennâ: mensque leuis mox super astra volat.
Ostia tum primo biforis panduntur olympi,
Atq; patent magni limina fulua Dei.
Quis dabit ut referam quæ tum vidistis in illa

Arce,

Arce, sit hæc homini fas modo visa loqui?
Visum est omnipotens et inenarrabile Numen,
Quomodo Numen idem sit Trias atq; Mo-
Quanta sit æterni maiestas Patris, ut illam (nas.
Vis animi penitus fingere nulla queat.
Quæ suprema Dei soboles, diuina propago,
Et similis quam sit Patris imago sui.
Quam nec Patre minor Natoq; æqualis vtricq;
Qui fluit à Nato Patreq; semper Amor.
Inde Panomphæi pubes alata Tonantis
Adfuit obsequiis officiosa luis.
Cur volucrum in morem pennas agitare ferun-
An deceat aërias sic peragrare plaga? (tur:
Corporis ne gerunt oneratos ossibus artus,
Crassaq; sunt certo membra præhensa loco?
Quas famulas præstant operas quæ munera no-
Abditæ quæ possunt pandere queue solēt? (bis:
Tum quibus alloquiis mortalia pectora curāt,
Mutua quoque sibi gutture verba ferunt?
Præterea quod inane aiunt chaos ante fuisse,
Nil, an confusum sic fuit ante chaos?
Nunc habet hæc pulchritas pulcherrima fabrica
Ac satis Artificē prædicat arte suum. (sedes.
Ille procelloso mensus sua littora Ponto,
Ne erupto insurgat limite, cauit, aqua.

Ille

Ille coloratos depinxit floribus agros:

Iussit & arboreum luxuriare genus.

Post natura vices yt agat fæcunda, datumq;

Præcipit imperium lege manuq; regat.

Omnia iam latis concordia legibus ibant,

Parsq; suum Mundi quæq; tenebat iter:

Per fluuios piscis, per purum nabat hirundo;

Quaq; patet pecori perius orbis erat:

Ecce nouum molitur opus demum optimus,

Omnia qui verbo fecerat ante Deus. (vno

Efformans luteā maculante rubidine massam.

Destinat officijs singula membra suis:

Inspiransque animum, nostræ sis dixit imago

Sortis, & à matris nomine nomen habe.

Sint tua quæ feci, totum dominare per orbem:

Te Dominum post me rebus in his celo.

Vna mihi tantum superet de millibus arbos

Sacra, caue tangas, tangere fata yetant.

Insuper, yt vitam sine labe peregeris omnem,

Divitias alias regnaq; aranda dabo.

Mecum eris, & mecum mensa vescere perenni,

Ambrosioq; cibo Nectareo que mero.

Dixerat, hinc auro fuluam radiante catenam.

Porrigit, effictum qua sibi iungit opus.

Suggerit illa viam dubijs in casibus, illa

Nube dat accensas effugiente, faces.
Surgit humo formatus Homo, sua regna cape-
scit:

Negligit ah domini fœdera pacta sui.
Pellicit ad sacros lignum lachrymabile fructus;
Et nimium vetitæ mox placuere dapes.

O oculos utinam non incurrisset in illos,

Siue fuit ficus, seu pyrus illa fuit.

Rumpitur hinc subito male custodita catena;

Achhorret tetra mens saniosa lue.

Mors, ignota prius, funesto stipite primum.

Nascitur, huic comites sunt sitis atq; fames.

Tunc tunc Noxa, furens & formidabile mon-
strum,

Prodijt, è stygio tum prius orta lacu.
Erubuit Virtus, manibusque ante ora relatis.

Admissum nequijt cernere mœsta nefas.

Nullane dos animi, nulla ornamenta supersunt;

Quæ valeant læsum conciliare Deum?

Sulphura mansissent nos, sœuaq; flamma, tulis-

Auxiliatricem tunc nisi læsus opem. (set
Summa Deis boles humanos induit artus,

Et sibi connubio conditor vnit opus.

Ardet amans, veterisq; lauat contagia culpæ;

Et

Et trabe quæ parta est, in trabe Noxa ruit.
Inde, cicatrici foret ut medicina medendæ,

Pendentis septem flumina corde fluunt.
Flumina amoris erant pendētis in arbore.

Sponsi
Signa, sua hæc sponsæ pignora linquit Amor.

Quò me cura trahit memorandi plura, nec
vllum

Inuenit in tanto gurgite musa modum?
Ista, Viri, nobis diuina arcana tueri,

Ac facilis licuit mentis obire gradu.
Pandite visa igitur, vestro pendemus ab ore.

Hæc nisi Doctori est dicere sensa nefas.
Omnia Doctoris vobis nunc munia dantur,

Quæ vigiles dudum promeruere dies.
Vtimini, Superumq; agendum pertexite voces:

Consilio soli noscitis acta Dei.
Quos ego non vestro video sermone mouen-

dos.
Cura animos foueant ut meliore suos?

Turpibus assuetus vitijs, gaudebit honesto,
Et procul à solito crimine vertat iter.

Indignata fugam retro leget impia Siren,
Desertasq; suas esse queretur aquas.

Tartareum inuersus fugiens hastilibus agmen

Horrifono vanas euomet ore minas.
Aut si multa volet moliri vulnera contra,
Vulnera in auctores tela retorta ferent.
Continget sonitus, plaususque audire secūdos,
Atque grauem spoliis stridere in axe rotam.
Heresis atra lues, manibus post terga reuinctis.
Ante triumphales lugubris ibit equos.
Vincula captiuâ quatiet ceruice, nec vñquam
Subtrahet imposito colla superba iugo.
Tunc noua mortalis referēs commercia cœlo,
Cum placido feriet foedera sancta Deo.
Omnes si tantos liceat spectare triumphos:
Hæc fuerint vitæ gaudia prima meæ.
Vos agite interea, Herous, venientibus annis
Talia posteritas ut monumenta legat.

*Hugo Eberhardus Kratz à Scharfenstein, Nobilis
Mosellanus, Humanit. studiosus.*

AD EOSDEM.

*O D E A D S S. THE O L O G I A M
De sacro Doctorum Decachordo.*

Diu, non nostris oriunda terris,
Orta sed cœlo, patriæque solers
Mentis interpres, sacra sciscitanti
Verba reuelas.

Ecce

Ecce tu denis fidibus parasti
Barbiton quauis cythara lyraque
Suauius, quo quis melos editurum

Dulcius ore.

Veritas illo sua bella dicet,
Dicet, ut cæcis tenebrosa laruis
Aus'a mendaces iterare fraudes

Castr'a fug'arit.

Illius magnos tremefacta cantus

Audiet tellus: sonituque fortis

Pulsa Cocyt'i superarua nabit

Cymba charontis:

Stabit infelix Erebi caterua,

Frigido pectus quatiente motu;

Pœne fumantes Phlegeton retrorsum

Colliget vndas.

Cælites plectri numeris canori

Arrigent aures; Pater ipse diuum

Intonans læuum, placida camœnum

Fronte probabit.

Audiet dura genitrice rupe,

Natus & blandos feritate posta

Inducens mores velut usta sole
Cera liquefcet.
Talis in syluis fuit occidentis
Orphei quondam lyra teste fama,
Quando consertæ coiere summo
Vertice frondes.
Diua bis quin is modulare chordis,
Ut tui carmen vereatur orcus
Barbiti, Coelum recreet, sit orbi
Vtile nostro.

V Vilhelmus VVambolt ab Vmbstat, Nobilis
Vangio, Humanit, studiosus.

DE IISDEM.

Ad Caluinum.

D Elibata diu satis heu tibi numina, quicquid
Caluine, & casto Pneumatis ore sacrū est.
Tartareis volupe & sacra despumare venenis
Sat fuerit, diui febris o eloquij.
Sat tua progenies genio vitiosior, vno
Spurcitiae nimium syrmate luxurians,
Adspuit arcanas diuis maleuada saliuas,
Impigra dum lambit, quæ vomis ipse, nefas!
Ebri-

Ebrius ad rabiem non desiniſ, improbe? non dū?
Consueta & putens ſic olera olla legis?
En tibi, quos clavis denos, quos purpura ſi-
Purpura doctrinæ clavis & ipfe ſacræ. (gnat)
En bene qui docti ſacra ſoluere iura Magistri,
Quod dubium & dia ludit in historia.
Mature exodus ergo hinc Maſtigia te te
Ocyus, & ſacra de tabula eiā manum.

*Claudius ab Haracuria, Nobilis Lotaringus
Eloq. studiosus.*

IN SIGNIA DOCTORALIA.

L I B E R.

Scrita ſibi miles ſumat, gladiosq; feroces;
Regalisq; habeat Regia ſceptra manus.

Pars melior veftra eſt, vestræ bene credita curę,
Vt trahent ſacri B I B L I A ſacra viſi.

*Franciscus ab Haracuria, Nobilis Lotaringus
Humanit. studiosus.*

A N N U L V S.

Quod discriminet annulum Pyropus,
Eſt auri preium ab micante gemmā,
Gemmans quod digitum annulus venustat,
Eſt lauri preium & ſcientiarum.

S I

Si quidquid Sophiæ colorat aurum,
Dio gemmet ab igne Caritatis
Hoc ferrugineo æreoque cælo,
Audis gemmeus, aureusq; D O C T O R.

*Ioan. Carolus de Grobendong, Nobilis Belga,
Humanit. studiosus.*

PILEVS.

BEllus PILEV.S.es, quis id negabit?
Formosus nitidus, micante gemma
Et fuluo pretiosior metallo.
Non in Barbaricæ modum tiaræ,
Curuum terribilis minaris uncum:
Non turritus apex ad astra surgit,
In fortess meditatus arma Diuos.
Ornatus dupli ci benè es figura,
Et quadratus es, & rotundus idem.
Has nec fortuitas puta figuræ;
Non est firmior ulla quam quadrata
Non perfectior ulla quam rotunda.
Orbis sphæricus est, beata Diuum.
Sedes interius quadrata: talis
Fronti est PILEV.S aptus eruditæ.

*Franciscus Antonius de Grobendong, Nobilis
Belga, Humanit. studiosus.*

EPOMIS AD DOCTORES.

AStræa vestris præmium laboribus
Megrata demisit polo. Eia plaudite,
Sereniorque luceat vultu decor.

Curua-

Curuauit ante pertinax humeros labor,
Nunc latus illos ambit erectos honor.
Sic æde nullâ honor moratur nobilis
Quam non probarit ante peruigil labor.

Conradus de Grobendong. Nobilis Belga, Humanit. studiosus.

PROSOPOPOEIA AD SINGULOS
B. AGNES.

D. Ioanni Hœmans Dommellano.

A Nlanægnarum tibi displicuere mearum,
Quod byffo, abiectis pellibus, indueris?
Ne te fallat honos. Doctorem byffus honestat.
Commodior pellis, lanaque nostra seni est.

Iustus de Vischer, Nobilis Friso.

S. E M M E R A M V S.

D. Leonardo Burano.

PRo sonte insontem fudi cum sanguine vitam;
Et seruasse, fuit laus mibi prima, ream.
Religio, quam propugnas, est integra virgo,
Pro qua mors nulla est defugienda tibi.

Salentinus Schall à Bell, Nobilis Iuliacensis.

S. M A R T I N V S.

D. Ambrosio Seibæo.

BEllonæ fessus chlamydem mucrone secabam,
Vnaque pars in opicecessit, & vna mihi:

E

At tibi

*At tibi quæ multo contexta aptatur honore,
Tota tibi, atque tuo est debita, tota gregi.*

Io. Gernandus Vlner à Diepurg Nobilis Germanus

B. VIRGO.

D. Stephano VVebero.

HAc virtutis iter Webere, hac callis honorum.
Post mea, iam Nati præmia dignus habes.
Scilicet illius fruſtra ſibi munera ſperat,
Qui tibi diſſimilis Matris honore caret.

Philipp. Fridericus Vlner à Diepurg Nobilis Germanus.

S. CHRISTOPHORVS.

D. Conrado Diell.

IMproba Tartareas in te vomat hærefis vndas,
Surgat que ad summos Styx agitata polos,
Non tamen excedet, ſed toto vertice ſupra
Tu mecum vndantes ingredieris aquas.

Cuno à Reiffenberger, Nobilis Germanus.

GYMNASIVM HVMANIORVM ARTIVM.

R.P. Ioanni Brenneyfen ſuo Præfecto.

NVnc te ſecuro tua per vſtigia grefſu
Subsequimur: tuto nam tibi meta via eſt.
Nempe viam multo ſecurius ille tenebit,
Qui tutum in meta viderit eſſe Ducem.

Robertus Beiffel à Gimnych, Nobilis Iuliacensis.

SODALITAS PARTHENIA.

R.P. Ioanni Roberti moderatori suo.

Biblia melle scatent, quæ tu dum differis, ora
Non possunt vñquam melle vacare tibi.
An nutritori natorum Virgo suorum
Lac neget? hinc manat lac tibi, melque merum

Adrianus de Boulogne, Nobilis Belga Logicae studiosus.

S. VICTOR.

D. Godefrido à Driell.

Sic GODFREDE meæ arridet tibi gloria palma?
Sic placet immenso bella mouere Deo?
Vincere nosse Deum est: parta est victoria nobis.
Notus vtrique Deus: Victor vterque Dei.

Maximilianus Billeus, Nobilis Leodiensis.

SCHOLA MATHEMATICORVM.

R.P. Ioanni Reinhardo Ziglero professori suo.

Haud frusta euecti per te super aetheris ignes,
Contempto supra viuimus astra, solo.
Scilicet, vnde tuos spectare liceret honores,
Debueras nostros euehere ante oculos.

Io. Henricus ab Holdingshausen, Nobilis Westphalus.

S. MARTINV.S.

D. Ioanni Hartmanno.

Martia cum ferrem miles non degener arma,
Cur, inquam humano sanguine tingi manus?

*In stygios potius vertantur bella latrones,
Ut domito Mens sit corpore tuta suo.
Tu quoque, qui docto versasti in puluere Martem,
In Phlegetontæos congeris arma canes.
Dumque feros miseris conatus mentibus arces,
In te viua mei nunquid imago redit?*

Ludouicus Beauri, Nobilis Leodiensis.

A N A G R A M M A T A A D E O S D E M.

I O A N N E S H O E M A N S D O M E L L A N V S

Anagramma.

S A N E H O M O M E L L A E S I N V D O N A N S.

Dia Domellanus iuuenis dum rura peragrat,
Libat apis vario mella liquore madens.
Non mirum est Hoemans senior quod dulcis habetur;
Eque suo DONANS SANE HOMO MELLA SINV.
Anno Ioannes DoMELLanVs.

Anselmus Alexandri Dommellanus; Eloq. Stud.

L E O N A R D V S B V R A N V S

Anagramma.

V N V S L A B O R E N A R D V S.

Qvicquid nemus malis ministrat aureis
Foetum, quod hortus floribus foecundior,
Campique vis odora fragrantirosa,
Leonarde flos Ecclesiæ id virtutibus,
LABORE NARDVS, VNVS fundis gratius.

Christophorus Faber Eloq. Studiosus.

A M-

AMBROSIVS SEIBÆVS PASTOR ET CANONICVS.

Anagramma.

SANCTO NISV BEA TVOS AMORE, SIC SVPERABIS.

P Astoris curam Lauro DOCTORIS opimas.

Ambroſio ore docessat dape pafcioneſ.

Perge BB Are TVOS SANCTO NISV, Ambroſi, AMORE;

Ipmam etiam Ambroſiam SIC SVPERABIS amans.

Philippus Eccardus, Humanit. Studiosus.

STEPHANVS VVEBERVS DOCTOR.

Anagramma.

TVN HEROS, PVRVS, BEATVS? DOCE.

T VN HEROS, Stephane, heroum de sanguine PVRVS

BEATVS es? sic es, docet tuum hoc pectus,

Vita, status; quis enim te pectore fortior? & quis

Te purior vita? & beatorius status?

Mente HEROS, vita PVRVS, statuque BEATVS

Et eruditione nos DOCE Doctor,

Io. Michael Streitt, D. Victoris Canonicus Log. Studiosus.

CONRADVS DIELL EBERSTADIENSIS.

Anagramma.

DEBEO DICERE, IS NARDVS STILLANS.

Q Vem te commemorem Conradum? nomina Nardum

Verterunt; monstrant omnia fuscipio.

Pastor es; es NARDVS quin DICERE DEBEO: sermo

Quem fundis, STILLANS NARDVS IS est populo.

Io. Petrus Sperer, Humanit. Studiosus.

BRENNEISSEN SACRAE THEOLOGIAE DOCTOR.

Anagramma.

ODOR CHRISTI ES^R BENE EST; AN-N-E CALOR: O AGE.

NEctareum Christo Paullus fundebat odorem
Dum infit; Natae Deo nos ODOR ecce tuus.

Igniuoma quondam Paullus fornace calebat

Quando ait: Ut flamas scandala subiiciunt!

Symbola Doctoris veri quicunque requiris

Accipe; si quis olet, si calet; hoc satis EST

Quam BENE doctor oles; in odorem currimus omnes:

ANNE odor ES CHRISTI? quam bene doctor oles?

Quam sancto excoquitur cordis penetrale camino

Perpetuum crescens O AGE die CALOR.

Iachimus ab Oesterhold, Humanitatis Studiosus

IOANNES ROBERTI.

Anagramma.

EN EN IT ROSA ORBI.

Virtutem insevit medicam natura rosetis,
Hinc oleum, hinc docta dicitur arte merum.

Est sua vis oleo, sua vis medicata Lyao;

Sensit eam Solymum vulnere stratus agro.

Sentiet haereseon, Christi grex saucius iectu,

EN oleum EN viuum que ROSA surgit habet.

IT rosa; iam medicis foliis se intulit ORBI,

It rosa, flos faustum nobilis omen habet.

Carolus de Vieupont, Nobilis Normannus.

GODE.

GODEFRIDVS ADRIELL NEOMAGENSIS.

Anagramma.

RIDE, MAGNE SOL: FVNDE RADIOS LEGIS.

SOlorere nobis; MAGNE RIDE. SOL; tuos
Ostendevultus (conde vultus fax minor)
Caliginoso FVNDE RADIOS Pectori.
Tuos ad ortus fugiat horror Tænari.
Hunc Vincat, ortum LEGIS æternæ Iubar.
Algeimus: igne cælitum casto flagrans,
Nos vre; Nam SOL vrit & micat simul.

Anno DoCtor GoDefridVs.

Albertus Breuer, Eloq. studiosus.

IOANNES REINARDVS ZIGLERVS SOCIETATIS IESV.

Anagramma.

I. DIVINVZ ELO SANA AEGROS, I, INERTES RESVSCITA.

PAllet ineluctabilibus Germania morbis
Venena sectarum adlatrante Cerbero.
Munus erit, ZIGLERE tuum, tua cura, laborq;
Spem patriæ antiquo gradu reponere.
Inunc, SANA AEGROS ZELO DIVINVZ, INERTES
RESVSCITA; I, virente mactus Laureâ.

Ioannes Biegeisen, Philos. Baccalaureus.

Chronograph.

Ioannes HartmannVs DoCtor.

Anagramma.

HOCN ANNO SAT ORE MIRANDV ST?

Annus hic effecit Doctorem, Doctor & annum,
Doctusq; & Doctor mirus vterq; fuit.

Hoc-

Hoc ne Hartman ANNO MIRANDVS' T Doctor? an annus.

Doctore Hartmanno nobilitatus eat?

Annus & Hartmannus famæ S A T I S O R E canetur.

More Hartman fecit, fama quod ore facit.

Ioannes Mertzenich, Eloq. studiosus.

ΟΙ ΣΥΝΙΕΝΤΕΣ ΕΚΛΑΜΨΟΥΣΙΝ ΩΣ
ἢ λαμπτότης τε στρέψιμος.

Δανιὴλ Ἰ β.

I Δμοσύνην ἄλλος, δίκην, σύνεσιν τε διδάσκων

Λαμπτεῖ ὡς ἀστὴρ ἐς στρέωμα πτυγεῖς.

Εξανατελλετεῖς δέκα αἰσέρες, ἴδμονες ἄνδρες,

Σήμερον. ἐνθ' ἥμαντι παριφανώσαν πόλις.

Ηελίς ἐνὸς αὐγὴ κῆλις διαλαμπέμενος ὅλον

Κόσμον. χ' ὅσον Φῶς ἡελίς δεκαπλῆ;

Ω λαμπτεῖς Φῶτες. Φῶτ' ὡς περιπιγέας λαμπτῶν

Ἐπτάκις αἰθίνων λαμπτόπερ ἡελίς.

Laurentius Faber, Eloq. studiosus.

F I N I S.